



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

6. Redimendi censum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

sed, iudicio prudentis, aequalitas decernatur. Tertia, ut pro onere talis pacti, quod subit venditor, augeatur pretium vel diminuat pensio modo jam dicto §. 3.

3. His conditionibus positis, non possunt esse nobis contrarii metui, qui cum Bonac. de contract. d. 3. q. 4. p. vii. n. 39. idem id esse licitum, negant, quia pena debet esse moderata, & culpæ proportionata; cum enim nos proportionem dictam requiramus, hi Doctores contra nos nequaquam sunt. Vide, quæ dicam cap. 5. §. n. 14.

§. V. Pactum de rescindendo contractu.

1. Dico, in contractu censuali, licet, ut vult Mol. d. 391. sine, posse, abstrahendo à contraria lege, apponi pactum, ut si per duos, vel tres annos censuarius pensionem non solverit, cedatur, seu teneatur restituere emptori pretium totum, & rescindere contractum. Probatur facile ex dictis. In hoc autem pacto rectè notat Medina q. 15. de us. apud Celest. tr. 12. de Cens. c. 2. vers. sine, non oportere, augeri pretium ab emptore, qui hoc pactum requirit. Ratio, puro, est, quia de jure naturæ fit, ut des mihi meum pretium, si servare non vis obligationem solvendi id, quod ego, per illud pretium, emo. Quædam circa hoc peculiariter præ nostro Siciliæ Regno dicentur paulo inferius, cap. 6.

§. VI. Pactum redimendi Censum totum simul.

1. IN Censu redimibili solet adjici pactum, ut is redimi à censuario nequeat per partes, sed in totum. Emisti, v. g. à me pretio centum aureorum, censum annuum redimibilem quinque aureorum, cum pacto, ut dando tibi quinquaginta, diminuam censum, sed, si velim redimere, debeam reddere centum; quia integra solutione facta, integer census, & totus extinguatur.

2. Dico primò, ex natura rei ejusmodi pactum esse licitum. Ita Tol. l. 5. c. 45. Mol. d. 393. num. 8. Arag. 2. 2. q. 74. art. 4. sine. Ratio est, quia, sicut alias res emptas cum pacto retrovenditionis, non potest venditor redimere per partes; id enim esset in damnum emptoris, quia emptor partiali illa pecunia non poterit uti ad emendas res majoris valoris, quas forte vellet emere, & quia pecunia per partes reddita facile consumitur, & c. Ita in casu census, & c.

3. Non approbo Nav. in comment. de us. n. 78. dicentem in hoc pacto, ut illud sit licitum, debere pretium census augeri: Non approbo, inquam, quia hoc pactum est imbitum in ipso contractu emptionis, ut scilicet, qui velit eandem rem, quam vendidit, redimere, totum pretium offerat, sicut totum obtulit, qui emit.

4. Rectè autem Lopez l. 1. de contr. cap. 59. Garfias de contr. cap. 28. contra Bannez, aliisque, notant, censum posse emi cum ejusmodi pacto, etiam post Bullam Pii V. quia Pius id nunquam prohibuit. Illud tamen fateor, si alicubi sit legitima consuetudo, vel lex municipalis, ut redimatur per partes, esse servandam, si non appareat clarè injusta, quia leges, & consuetudines justæ semper sunt observandæ.

5. Denique ex ratione hujus primi dicti inferri facile potest, etiam si pactum redimendi totum simul non præcesserit, tamen totum simul, & non per partes esse ex se censum redimendum. Ita Less. l. c. 22. n. 73. Mol. l. c. quia, ut dictum est, id postulat ipsa natura retrovenditionis.

6. Dico secundò, posse nihilominus poni pactum, ut possit redimi per partes, & id solum declaravere Martinus, & Calistus, dum contractum census continentem hoc pactum approbaverunt, non enim reprobaverunt, si hoc non contineret. Ratio est, quia non apparet, unde id sit illicitum; cum sit in favorem Venditoris, cui rationabile est favere, utpote, qui subeat onus solvendi pensionem quotannis.

7. Multi Doctores, ut Nav. in comment. de us. n. 101. Summa Cor. 2. p. tract. de Cens. n. 13. & 16. Montalin. in lucerna animæ, c. 18. §. 6. n. 14. putant absolute posse censum redimi per partes notabiles, ut per tertiam, per quar-

tam, & c. non autem per partes minimas, & quæ Romæ sic fieri, dicit Montal. l. c. Sed rectè id, si non consistat quod modò diximus, servandam esse legem consuetudinem.

§. VII. Pactum de redimendo cum eadem moneta.

1. Quidam pactum de redimendo cum eadem moneta, id, quod latè docet Less. l. c. 22. dub. 8. nimis per se, & abstrahendo ab aliquo lucro cessante, non licet afferre eandem, vel diversam, sit novum gravamen, aliunde non recompenetur, quia satis est venditori, si iusta, & æquivalenti moneta retrovendat.

2. Quid si gravamen abundè compensetur, ut si æquale periculum, quod crescat, vel decreascit, valeat netæ, tunc licet, etiam in terminis Bullæ Pii V. quia novus contractus sortis, mihi doctum non est, si potest De Lugo d. 27. de l. si. s. 1. 1. Adde Bonac. de contr. d. 3. q. 4. p. vii. n. 41. v. Alvar. 2. Censum etiam posse, etiam aliis rebus, quibus tamen censuarius contentus sit loco pecunie, idque etiam post Bullam Pii V. Pontifex, etiam voluerit numeratam pecuniam in constitutione census, de qua tamen te inferius dicam, in constitutione id solum voluisse, non in extinctione retinendum est. Atque hæc de ejusmodi pactis ex natura ipsorum licitis. Videamus nunc, an aditus aliquis sit in contrarium.

CAPVT. V.

De Constitutionibus Pontificiis circa Censuum creationem.

1. QVINGUE Pontificum Bullæ, qui de hoc præciserunt, sunt hæc præcognoscendæ.

MARTINVS V. & CALISTVS III.

Primò enim Martinus V. & secundò, non minus idem, quod Martinus, approbavit Calistus III. per constitutiones, quæ habentur in titulo de Emptore, & de Redemptio, inter Extravagantes. Sed, quia hi Pontifices requirunt eas conditiones in suis Bullis appropinquas, scilicet, censum, sed solum declarant, censum cum illis conditionibus creatos, esse licitos, ut sentit Mol. d. 393. l. 5. c. 46. sine. (quidquid dicat Navar. in comment. de us. n. 72.) idem de his non est, cur falsus sit ad agendum.

NICOLAUS V.

2. Tertiò, Nicolaus V. anno 1451. ad petitionem Alphonsi Primi Regis vtriusque Siciliæ, edidit constitutionem censuum in illis Regnis, Bullam, quæ continet quatuor conditiones, sed de hac Bulla late præcipue ad nos Siculos maxime pertinet, & diligenter mus; hic autem fuit solum innuendum, ubi cetera Bullæ asserimus.

PIVS V.

3. Quartò, Pius V. anno 1569. edidit Constitutionem, quæ incipit, Cum onus Apostolica, & est §. 2. in Bulla Romano, in qua requiritur ferè decem & septem conditiones, quarum certè plurimæ non requiruntur ex natura rei in censuum constitutione. Quare, ubi ex natura rei in censuum constitutione, vel recepta non sunt, & gant ceteræ leges positivæ, ubi recepta non sunt, & gant hanc Pii Bullam non obligare in Gallia, nec in Germania, nec in Belgio, in quibus Regnis hæc Bulla non est promulgata, nec vlti recepta, docet Less. l. c. 22. dub. 9. promulgata, nec vlti recepta, docet Mol. d. 394. n. 1. sine nec in Regno Castellæ, docet Mol. d. 394. n. 1. sine nec in Regno Sicilia, teste Less. loc. cit. n. 99. nos docemus, c. seq. pluribus. Solum ei go in tertia Pontificiæ Constitutione, ubi fuerit fortè promulgata, receptaque, obligabit. Quia si ex parte fuerit recepta, ex parte obligabit, ut habet Less.